

De la Libreria del Colegio de la Conf. de Salamanca

**A N T O N I I
A V G V S T I N I
I V E E C O S.**

Emendationum, & Opinionum Lib. III.

*Eiusdem ad Modestinum, sive de Excus.
Liber Singularis.*

I T E M,

Lælij Taurelli,
Ad Gallum, & legem Velleam,
Ad Catonem, & Paulum,
De militiis ex casu.

*Omnia quidem secundum Pand.
Flo. editionem.*



Coll. Soc. I. N. S. V. Salm. ex dono Regum.

L V G D V N I,
Apud Antonium de Harfy.

1 5 7 4

3

ANTONII AVGV-
STINI EMENDATIO-
NUM ET OPINIO-

NUM LIBER PRIMVS,
ad MICHAELEM
MAIVM Procan-
cellarium.

*



VM à primis temporibus aetatis ita nos,
Mai iuris civilis cognitioni dederimus,
Et doctissimis hominib. audendis mul-
tos annos peregrinationem nostram non
moleste tulerimus: Et cum ab eorum la-
tere discessimus, capimusque nostras
operas ad iuris civilis libros intelligendos applicare, qua
in re Et veterum peritorum, Et nostrorum temporum iu-
ris interpretum libris uteremur, addidissimusque cura
nonnihil Latina Graecaque lingua quod utriusque maxi-
mam cognitionem in nostrorum librorum optimis aucto-
ribus videremus: Nulla res nos magis dubios incertosque
dimittebat, quam quod non eandem omnibus legum libri
scripturam quodque molestissime semper tuli, contrariam
non uno atque altero loco, sed paucis sexcentis inueniremus.
Namque ita existimabam, non posse quemquam aliorum
disceptationes definire, aut de iure interrogatum respon-
dere aut discipulos docere suos, aut defendere clientes, qui
iurisconsulti munia esse putantur, si de legum ipsarum ver-
bis dubitaret. Atque cum didicissem optimam iuris civilis
partem ex nobilissimis illis libris, qui Florentia nunc sunt,
patrum nostrorum memoria fuerant vixisse, exscriptam ef-
se: cum primum per ceterarum partium iuris studia licuit,
a COSMO MEDICE Tuscorum Duce humanissimo im-
petrauit, per IOAN. LVNAM ciuem meum, virum ob
rei militaris peritiam, integerrimam fidem, generis nobi-
litate, morum constantem, Casari Hetruriaque toti val-
de carum, ut mihi Et IOAN. METELLO Sequano, adu-
lescenti moribus Et ingenio praclaris, tandem illis libris uti
liceret, quandam nostrorum librorum emendationi ope-

7

D E F L O R E N -
T I N I S P A N D E C T I S ,

*An verum sit ex eis ceteras esse ex-
scriptas, ut que erratum in omni-
bus libris sit, praeostere qui-
busdam chartis scriptis,
atque etiam ti-
rulis. I.*

10



20

Vo honore, quaq. ut ita loquar, veneratione Etruscæ pandectæ Pisis olim, nunc Florentiæ habitæ sint, arbitror ignorare neminem: id tamen iure iniuriæ fiat, venit nonnunquam in dubitationem. Nam qui eos libros ab ipso Iustiniano, aut à Triboniano potius, conscriptos existimant, ut cum de alicuius loci scriptura dubitaretur, haberent homines, quò venissent, minui Cæsarum maiestatem existimant, si non omni honoris genere cumulentur. ^a Qui vero intospexere maneam aliquando, & lituris punctisq. notatam crebrius, quàm optimis libris faciendum erat, scripturam: ^b item illi, qui quòd ipsi efficere non possunt, vituperant: reprehendendos eos esse arbitrantur qui in legendis illis elaborant. Sed mihi neutri audiendi esse videntur. Nam cum eos libros diligentissime perlegissem, in ea sententia sum, ut vnicum illud quidem exemplum arbitrer, ad quod omnes omnino qui hodie extant Digestorum libri conscripti sunt: sed tamen id non credam Iustiniani tempore scriptum fuisse. Vtrunq. quib. argumentis mihi probetur, ostendam. Et principio illud, quod in omnib. reb. per magnum existimatur, prætercundum non est, omnium iuris civilis studiosor. hominum eam esse à maiorib. acceptam opinionem, & à veterib. præceptorib. per manus ad nos traditam sententiam, illos libros integri-

tatem

^a Ang. Poli. in epist. & miscel. & Bolo. interpr. ^b Alc. li. iij. ca. xij. dispun. & S. Cato.

LECTORI.

Commonefactum te velimus, candide lector, nos in quibusdam, propter Florentinar. Pandectar. scripturam, à recepto scribendi usu discessisse, ut illam ipsam antiquitatem representaremus. Itaque semper scribendum est quicumque epistula, nonnumquam, condicio, Mucius, heres, ceterum, & alia id genus. Notas quoq. omnes, si per librarios, & Accursianos nostros licuisset, libenti omissemus animo: his paucis exceptis quib. crebro utimur, Omnib. maior. atq. que in illis libris reperimus, sed raras.

LVGDVNI

Excudebat Ioannes
Quadratus.

